eos abſoluere cū tali ptāte. ⁊ in caſibus ta=
libus queādmodū curati prochiales ordi
narie funguntˀ ⁊ nō ampliori. niſi de ſpāli
grā plati. maior eis fuerit elargita ptās.

Conſideratio vi

Status pˀuilegiatoꝝ hʒ hᵒ vt q̄uis
ſacr̄m pnīe poſſit pluries ſup eadē
pctā ſuū effectū ſortiri. ſaltem q̊ ad
augmētū grē/ cū ſit ſacr̄m iterabile/ ⁊ lʒ me
ritorie eadē pctā plˀibus ꝯfiteri nec ſit repu
gnātia qn adhuc poſſit tp̄s obligari. nihil
omin⁹ cōfeſſi pˀuilegiatis nō tenentˀ inuiti
eadē pctā ampli⁹ ꝯfiteri/ pluſq̄ ſi ſuis cura
tis eadē ꝯfeſſi fuiſſent quantū eſt ex pte ef=
ficatie ſacri. Hoc eī p Joh. xxij. fuit decla=
ratum. ⁊ vſus cōis hoc obtinuit.

Conſideratio vij

Status pˀuilegiatoꝝ hoc hʒ vt a cō
feſſis ſibi nō debeāt curati nouā ex
torq̄re ꝯfeſſionē de eiſdē pctis. pre
ſerti ſi ſecreta ſint/ nec debēt phibē prochia
nos cū talia voluerīt eis ꝯfiteri. Fas ſit cu
rat/ imo tutū inq̄rē a prochianis ſuis/ qn̄
et q̄liter a q̄bus ꝯfeſſionē recepint. Quib⁹
veritatē rn̄dere ſi q̄s prochian⁹ negauerit/
vix i ſtatu ſalutis eē credi poſſet. Ipſiq; i hᵒ
caſu/ petēti eucharistie ſacr̄m/ rōnabilr de=
negaretˀ/ dicēdo. neſcio ſi ꝯfeſſus ſis ab hn̄=
te ptātem/ ⁊ an in hᵒ te decipias. vel alˀr te.

Conſideratio viij

Status pˀuilegiatoꝝ hoc hʒ. dū Q
de pctis publicis abſoluūt prochi
anos/ vt ipſi debeant facere fidē de
abſolutōne/ ⁊ abſoluēdi ptāte. ſi ſup hoc a
curatis parochialibus fuerint req̄ſiti. ſub
pena denegādi rōnabiliter talibus cū ſe di
cunt abſolutos eucharistie ſacr̄m.

Conſideratio ix

Status pˀuilegiatoꝝ hoc hʒ vt non
debeāt inducere voto vel ꝓmiſſo/
alios ad eligendū ſepulturā ī eccle=
ſijs ⁊ locis ſuis. Uel ad pſiſtendū in iā ele=
cta ibidē. Et hoc ſub pena excōicatōis late
ſnīe. Debēt pterea reddere quartā ptē lega
torū/ ſeu funeraliū/ curato parochiali ipſi⁹
defuncti/ q̄ ps canonica noīatur.

Conſideratio x

Status priuilegiatorū ad p̄dicādū
debet ſm qualitatē auditorum for
mare ſermonē/ ne corā laicis ⁊ ſub
ditis detegantˀ vicia clericorū atq; dn̄orū.
Hoc em̄ eſſet extirpare vicia. ſed nutrire re
bellionē/ ſcʒ murmuratōnis ⁊ cōtemptus
apud audiētes. Fiat inſup p̄dicatio princi
paliter de pūctis nr̄e religionis in fide ſpe
et charitate cū ceteris virtutibus. Sed ⁊ p̄
ſertim cōfeſſiones mulierū ⁊ iuuenū/ non
niſi locis patētibus ⁊ publicis audire/ nec
cōuenticula in cameris ⁊ angulis agere p̄=
ſumāt. ab omni ſpecie mala abſtinētes ſe.

De vtroq; ſtatu ſi-
mul.

Conſideratio i

Status vterq; curatorū. ſ. ⁊ pri
uilegiatorū/ inuigilet cognoſce
re caſus reſeruatos p̄latis ne ſe
ducantˀ ſeducant/ ſi tranſgredi=
antur limites ſue poteſtatis q̄uis expedi=
ret pauciores caſus p̄ſertim occultos reſer
uari vt ſunt peccata illa carnis que frequē=
tiſſime cōmiſſa vix confitentˀ. p̄ſertim per
mulieres ⁊ adoleſcentulos.

Conſideratio ij

Status vterq; ſtudeat alter alteri⁹
onera portare ſine cōtentōe ⁊ emu
latiōe de rebus p̄dicatis/ vel alijs/
ne ſi inuicem more cornicū ſe mordeāt/ cō
ſumantˀ. Ne p̄terea ſurgat ſeda opinio ec=
cleſiaſticorū apud laicos ⁊ vituperetˀ mini
ſteriū verbi dei. Nonne deus queſo abun
de diues eſt ꝓ omnibus. Nonne pacis eſt
deus nō diuiſionis. Deniq; quid prodeſt
phariſaica cōtentio de ſtatus p̄eminentia
quin ſanctius eſt dare operā. vt quis perfe
ctus inueniatˀ q̄ ſi iacens in imis/ de perfe
ctiōe ſtatus glorietˀ. Attento p̄ſertim q̄ cō
ciliorū eccleſiaſticorū obſeruatio/ nō p̄t ita
ꝯcludi ſub regulis quibuſcūq;. quin neceſ
ſe ſit recurrere ſepiſſime ad gloſam ſapiētiſ
ſimi Augu. tractā ex opibus xp̄i vicʒ/ q̄ ta
lia dantˀ in obſeruātia animi p̄parationē.
et nō ſemp opis exhibitōe. Que animi p̄=
paratio pōt apud oēm ſtatum ⁊ pſonā xp̄i
ane religionis ſi vult inueniri.

Finit.

Incipit tractat⁹ eiuſ
dem cancellarij Pariſieñ. de modo viuen=
di oīm fidelium.

Ad nobiles Conſideratio prima.
Egl'a pma q̄ ſpectat ad nobi
les potentes ⁊ ſcabinos. ne pau
peres vicꝫ ꝑ potentiā ſuā oppri-
mant ⁊ ſubditis ſuis opprimi ꝑ
mittant. Malos vſus in villis ſuis deſtru
ant. Cauſas pauperū viduarum ⁊ orpha-
norū/ libēter audiant. ⁊ cito iuſte iudicent.
Munera ꝓ iudicio faciendo vel feſtinan-
do. aut retardādo nō accipiant. Nil a ſub
ditis ſuis extorqueant.

Ad milites Conſideratio ij
Egula ad milites tangit̄ Luce. iij.
Neminem cōcutiatis ſcꝫ in ꝑſona
ꝑ potentiam indebite. Nemini ca-
lumniā faciatis in rebus quā ꝑ miliciā fa-
cere poſſetis. Et cōtenti eſtote ſtipēdijs ve
ſtris. i. de redditibus veſtris mltis tpibus
accipiendo vo ad defendendā patriam. ij.
Mach. xv. Accipe gladium ſanctum mu
nus ⁊c. Rom. xiij. Non ſine cauſa gladiū
portat.

Ad ſimplices Conſideratio iij
Egula ſimpliciū quo ad eccleſiaꝫ
vt ieiuni ad miſſaꝫ veniāt. In miſ
ſa nō loquant̄ nec circūſpiciāt. An
te miſſam orare debent/ vt gratiā dei reci-
piāt. In miſſa memoriā paſſionis xpi ha-
beant. Ante euangeliū ſancti Johānis nō
exeant. Sermones libēter ⁊ diligēter audi
ant. ⁊ referre poſt miſſam gr̄as deo ſatagāt

Ad epōs ⁊ p̄latos Conſideratio iiij
Egula epōrum ⁊ p̄latorū ſatis pa
tet ad Titum. j. Oportet epm ſine
crimine eē ſicut dei diſpenſatorem
Et Math. xx. Qui maior eſt veſtrū ſit ve-
ſter miniſter. j. Cor. vj. . Hortamur vos
⁊c. Eſt aūt officium epi malos corrigere ⁊
arguere bonos ⁊ puſillanimes pacificare.
Quia ſicut dn̄s Petro in ꝑſona cuiuſlibet
p̄lati ait. Paſce oues meas ⁊c. j. Teſſal. v.
Fratres corripite inquietos / conſolamini
puſillanimes. De iſtis. ij. ad Thimo. iiij.
Predicta verbū inſta oportune. importu-
ne. obſecra. argue. increpa. in omni patien
tia ⁊ doctrina. Et ad Gal. vj. Si preoccu
patus fuerit hō in aliquo delicto ⁊c.

Ad clericos Conſideratio v
Egula clericorū eſt hr̄e doctrinam
ſanā vitā ſanctā. famā odoriferam
Heb. v. Sacerdotes habēt hoſtias ꝓ de-
lictis ſuis offerre. et Augu. in regula ſua.
Sit vobis cor vnū ⁊ aīa vna in dn̄o. Ps.
Sacerdotes tui induant̄ iuſticia Col. iij.
Induite vos ſicut electi dei. viſcera miſeri
cordie ⁊ pietatis habentes.

Ad religioſos Conſideratio vj
Egula religioſorū ē viuere in obe-
diētia. caſtitate ⁊ pauꝑtate. Et de-
bent deuote orare ⁊ cōtemplari. et
carnē mortificare cōtra vicia ⁊ cōcupiſcēti
as. Vn̄ Augu. in regula monachorū. In
oībus ⁊ ſuꝑ oīa amet̄ ⁊ honorificet̄ deus.
Et Hugo de ſctō vic. de clauſtro aīe. Sū
ma religionis regula in hoc depēdet vt p̄la
ti cuſtodiāt ſubditos ſuos / ſubditi p̄latis
benigne obediant. deuoti ſint ſenes. iuue-
nes vo laborioſi. Sit honeſtas in habitu.
mediocritas in victu. Sint in clauſtro aſſi
dui/ ⁊ ad iniuriā rari. Non ſint ciuiles ſed
clauſtrales. Sint intenti pſalmis non cau-
ſis. Non ſit rumor in clauſtro ſed dilectio
In caplo nō lites / ſed confeſſio. In choro
ſit ſacra ſimplicitas / ⁊ circa altare reuerētie
honeſtas.

Ad diuites Conſideratio vij
Egula diuitū ne aliqd iniuſtū
acquirant. Ne ꝓpter diuitias ſuas
pauꝑes vicinos ſuos deſpiciant.
Pauꝑes ſuſtineāt. Operarijs ſuis bn̄ ⁊ cito
ꝑſoluant. Adulatores neqꝫ adulatrices in
mēſa recipiāt. Diligēter ⁊ libēter ad cōcor-
diam vicinorum ſuorū laborent.

Ad pauꝑes Conſideratio viij
Egula pauperū/ vt diuitibus libē
ter ⁊ fideliter ſeruiāt. nec diuitibus
ꝓpter diuitias ſuas inuideant nec
ꝓpter pauꝑtatē adulatōe vel detractōe pec
cent. Nec impatiēter ſed gratāter pauꝑta-
tem ſuſtineāt / nec iniuſte ditari cupiāt / nec
eccleſias ꝓpter diuites vitent. Nihil furti
a familia ſuorum vicinorū / nec ab alijs re-
tineant.

Ad virgines Conſideratio ix
Egula virginū. Nō ſint loquaces
ſed ſimplices corde ⁊ habitu. Ad
virginitatem matris xpi cogitent
et eā diligāt. Choreas vitent. Inter iuue-
nes nō ſedeant. nec ſe ab eis palpari ꝑmit-
tāt. nō amēt aliquē illicito amore. Adula

tores neqꝫ adulatrices recipiãt nec audiãt. Orationes libenter dicãt. Sordida verba et inhoneſta fugiant.

Ad viduas Conſideratio x

REgula viduarũ eſt vt cõtinentiã diligãt ⁊ in veſtibus hũiliter ſe habeãt et orõibus libenter inſiſtãt. Hoĩes ſuſpectos in hoſpitio ſuo nõ recipiãt. De ↄſilio ꝓborũ ſe gubernẽt ⁊ viuãt. Sanctã Annã ⁊ Elizabet viduas cogitẽt familiã caſtã habeãt. Parũ ꝑvicos currãt

Ad nuptas Conſideratio xj

REgula nuptarũ eſt thimo. honorare ſupiores. diligere maritũ. regere familiã. diligẽter gubernare domũ. ⁊ ſeipſam honeſtã ⁊ irrephenſibilẽ oñdere ſiue exhibere.

Ad mulieres Conſideratio xij

REgula mulierũ eſt ꝙ nõ ſe incadẽter ornatas oñdant. Aures collũ guttur ⁊ caput tegant. Humiliter in eccleſia ⁊ vbiqꝫ ſe habeãt. nec alias mulieres ꝑ ſupbiam ſuã inuent.

Ad maritos ⁊ vxores Conſi. xiij

REgula virorũ ad vxores ⁊ ecõuerſo ponit̃ Eph. vj. Viri diligite vxores vr̃as. ſicut ⁊ xp̃s dilexit ecc̃liã ſuã. vxor aũt timeat virũ ſuũ. j. Petri. iij. Viri cohabitãtes ſᵐ cõſciam/ q̃ſi infirmiori vaſculo muliebri impartiẽtes honorẽ.

Parentũ ad filios Cõſideratio xiiij

REgula parentũ ad filios Eph. vj. Et vos pr̃es nolite ꝓuocare ad iracundiã filios vr̃os. ſꝫ educate eos ĩ diſciplia. ⁊ correptiõe. iij. Cor. xij. Nõ debent filij theſauriſare parentibus, ſed parẽtes filijs.

Filiorũ ad parentes. xv

REgula filiorũ ad parẽtes eſt ꝙ parentes honorẽt/ ⁊ eis in bonis obediãt/ nec eis ſua furent̃. Ante eos nõ rĩdeant. A maledictõnibus oĩno ſe caueant. Cum ꝑentibus aliqñ ad eccleſiã vadant libẽter/ in negocijs parentũ ſuorũ fideliter laborent.

Dñorũ ad ſeruos xvj

REgula dñorũ ad ſeruos. Eph. vj. Vos dñi eadẽ facite illis remittentes minas. ⁊ ſoluite dño qꝺ iuſtũ eſt ⁊ equũ ſeruis p̃ſtate. ſciẽtes ꝙ vos dñm in celis habetis. Eccl. vij. Ne ledas ſeruũ tuũ in veritate oꝑantẽ. Seruus ſenſatus ſit tibi dilectus q̃ aĩa tua. nõ defraudes illũ libertate. neqꝫ inopẽ derelinq̃s illũ

Seruorũ ad dños Conſideratio xvij

REgula ſeruorũ ad dños Coll. iij. Serui obedite dñis carnalibꝰ non ad oculũ ſeruiẽtes q̃ſi hoĩbus placentes, ſed in ſimplicitate cordis/ timentes deũ. ſciẽtes. ꝙ a dño accipietis retributõꝫ hereditatis. j. Pet. ij. Serui ſubditi eſtote in omni timore dñis vr̃is nõ tm̃ bonis ⁊c.

Ad familiam xviij

REg̃la ad familiã. Ne fraudẽ dñis ſuis in ſeruiẽdo. negligẽdo. faciant fideles ſint in rebus ſuis cuſtodiẽdis. Nihil ab eis auferãt occulte/ nec alios facere ꝑmittãt. Nunciũ malũ nõ faciant vxori vel filijs dñi ſui. De male rñdẽdo caueãt. Malos rumores fugiãt: vñ ĩ domo malũ oriri poſſit/ ſed diſcordias etiã reportare vitent. Miſſi cito reuertant̃. Mercedem ſuã in ſupbia veſtiũ nõ expendãt. Ita viuant in humilitate. vt labor eorũ ſit eis in remiſſionẽ peccatorũ ſuorũ.

Ad mercatores xix

REgula mercatorũ eſt vt non in die dñica mercent̃. Nec piurãt. Ab illicito ſibi caueant lucro. nec ad diẽ vendãt vel carius ꝓpter dilationẽ. Ut debitũ ſuũ tp̃e ꝓmiſſo ſoluãt. Nec ſciẽtes mẽtiãt̃. Equã ſtaterã habeãt /equa põdera/ ⁊ equã menſurã.

Ad tabernatores xx

REgula tabernatorũ eſt/ ne ꝑmittãt ludere ad taxillos in tabula ſua: neqꝫ in taberna ſua. Deũ blaſphemare nõ ꝑmittant. nec meretrices recipiant de nocte. Plenã menſurã dent oĩbus. Vinũ cũ aqua ad vendendũ nõ miſceãt. nec aliq̃ pocula vel fercula aliq̊ mõ ad vendendũ defraudent.

Ad hoſpites xxi

REgula ad hoſpites eſt ꝙ malos in hoſpicio ſuo nõ ꝑmittant/ vel ſciẽter recipiãt. nec hoſpitibus ſuis furent̃ auenã vel fenũ. Nec ſuſtineãt ꝙ hoſpites ſciẽter fornicent̃ in hoſpitio ſuo. Iuſtam bonã rõnabilẽ cõputationẽ cũ hoſpitibus ſuis faciant.

Ad ſenes xxij

REgula ad ſenes eſt. In eccleſia libenter iaceant. Iuuenibus bonũ exemplũ p̃beant. De maledicẽdo

ſiue maleſaciendo ipſos reꝑhendāt. Tur-
pia verba nō habeāt/ nec laudāt malicias
corā iuuenibus. Mulierculas a bono nō
retrahant. nec iuuenes laudent in ſupbijs
ſuis.

Ad omnes xxiij

Regula ad oēs eſt. vt excōicatos vi
tent. Non ſe inebriēt. Paupes pro
poſſe ſuo ſuſtineāt. Sacerdotes et
religioſos/ ⁊ eccleſiā vbiqꝫ honorēt. Et de
uote ab eis doctrinā audiant. Feſta bñ cu
ſtodiant. Decimas rite ſoluāt. Detractiōeꝫ
caueāt. Ab adulatōe/ a blaſphemia/ a mē-
dacio/ a ꝑiurio/ ab aſſiduo iuramēto/ a tur
pibus verbis/ ⁊ maxie a luxurioſis verbis
ſe abſtineāt/ qꝛ circūſtantes et audiētes ab
eis inflāmanꞇ. Precepta eccleſie teneant/
pñias ſibi iniūctas diligēter impleāt. Al-
ter alterū ad bonū opus inuitet ⁊ de malo
reꝑhendat. Dent libēter elemoſynas. qꝛ ſi-
cut aqua extinguit ignē ita elemoſyna exti-
guit pctm̄. Miſſas ſermones ⁊ cōfeſſiōes
libēter colāt ⁊ frequētent. Ablata reſtituāt
qꝛ non dimittiꞇ pctm̄. niſi reſtituaꞇ ablatū
vt dicit Augu. In veſpe. i. in fine vite tor-
menta inferni. ⁊ gaudia padiſi cogitent.

Regula oīm ponitꝰ Math. xxviij.
Baptiſantes oēs gētes/ in noīe pa
tris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti/ vt ſcꝫm illud
Joh. j. oēs crederēt ꝑ illū. j. Pet. iij. In fi-
de ſūt oēs vnanimes. In orone eſtote cō-
patiētes. fraternitatis. amatores. miſericor
des. modeſti. humiles. nō reddētes malū
ꝓ malo. neqꝫ maledictuꝫ ꝓ maledicto ſed
ecōtrario bñdicētes ⁊c̄. Eccli. vlti. Deū ti-
me ⁊ mādata eius obſerua. hoc eſt oīs hō
⁊c̄. Vñ ad Gal. vj. Qui hāc regulā ſecuti
fuerint. pax ſuꝑ illos ⁊ miſcdia. Finit.

Sermo eiuſdem do
ctoris de tribulatōnibus ex defectuoſo ec-
cleſiaſticorum regimine/ adhuc eccleſie ꝓ-
uenturis/ ⁊ de ſignis earundē/ ex ſnia ꝓnū
ciatus de cōceptōe glorioſe virginis Ma
rie in concilio Conſtantieñ.

Dominꝰ dabit vobis ſignū.
Ecce virgo cōcipiet ⁊ pariet fi-
liū. Eſa. vij. recitatū ⁊c̄. Nūc
q̊ ad ſcdm. Reuerē. pr̄es ⁊ dñi
reſtat oñdere quō ſignū oīpotētie/ ⁊ ſūme
clemētie/ factū ſit ſignū cōtradictōnis ⁊ rui
ne. Contradixit eñ achaꝫ petere ſignū qđ
ꝑ ꝓphetā. ſ. Eſaiā a dño ſibi erat p̄ceptum
Nō petā inquit/ ⁊ nō tēptabo dñm. Hoc
quidē addidit/ ⁊ non temptabo dñm/ for-
ma quidē pietatis ſed non virtutis. Cole-
bat achaz idolū qđ deſerere noluit/ ⁊ iō ne
dñs exaltareꞇ/ ⁊ idolū vilipēdereꞇ: ſignum
petere recuſauit. Et ꝓpter hoc teſte b. Hie
ro. in glo. in graue ruinā incidit. qꝛ totalit̃
a dño derelictus fuit. Verū quia ipſius
achaz cōtradictio ſigni aduentū longe p̄e
ceſſit. Conſideremus illud qđ iuſtus Sy
meon ⁊ timoratus/ poſt ſigni ortū ꝓpheta
uerit. Ecce inquit poſitus eſt hic in ruinā
multorū in iſrł/ ⁊ in ſignū cui contradiceꞇ
Ad virginē vo/ tuā inquit ipſius aīam ꝑ-
tranſibit gladius Luce. ij. Qđ vtiqꝫ orto ſi
gno herodes impleuit/ qꝛ mox pueri aīam
q̄ſiuit. Poſtmodū ꝯdixerūt iudei/ ꝯdixerūt
ꝑſecutores. ꝯdixerūt heretici/ q̊ꝝ aliq̄ v̄ginē
non de ſubſtātia carnis xp̄m edidiſſe dog-
matizabant. Alij filiū nō pepiſſe ſed ſibila
bant. Alij vo cognitā blaſphemabāt. Alij
dei matrē audire nō ſuſtinētes/ magnum
illud nomen theotocon impijſſime ſuggil
labant. Sed cunctas hereſes in ſuis au
toritatibus ſola virgo in ruinā detruſit/ qñ
archangeli ſignū nūciātis credidit. Sed
p̄ter hos magis cōtradicūt alij ſcꝫ moder-
ni eccleſiaſtici qui nedū ſigno cōtradicunt
ſed gladio virginis aīam crudeliter tranſfi
gunt. Per virginē noto eccleſiā cuius ty-
pum gerit virgo Maria/ quā trahūt in ru
inam ꝑ mala exempla. Neqꝫ eñ heretico-
rum atqꝫ ꝑſecutorū contradictio. tantā ec
cleſie intulit ruinam/ quin ipſa ſemꝑ in ſo
bolem creſceret nimiā/ immo quāto maio
rem cōtradictionē ſuſtinuit/ tanto plures
ſue virginitatis defenſores pepit. Tales ꝑ
gebāt intrepidi in eius adiutoriū. galeam
bonorū exemplorū imponebāt capiti. ⁊ ac
cingebant gladiū ſpūs/ qđ eſt verbum dei
Porro ſi qñqꝫ hic videbatur calcari in ſan-
guine tñ viuebat/ ⁊ ampliꝰ creſcebat ex dei
virtute/ dño de ea loquēte ſub noīe hirłm.
Ezech. xvj. In die qua nata es inquit/ vi-
di te cōculcari in ſanguine tuo/ et dixi tibi.
In ſanguine tuo viue/ ⁊ loquiꞇ de temꝑe
martyrū. Sequiꞇ ⁊ multiplicata es q̄ſi ger
men agri et grandis effecta es/ emundaui